8°
P. lat. rec.
586

586.

<41031146490014

<41031146490014

8 P.lat.rec. 586

FK

VNGVIS LEONINVS
EPICO PENICILLO
ADVMBRATVS

Collegij S. Ignatij Martyris

Seu

MIRACVLOSA VETVSTI SACELLI S.

CRVCIS IN BRVGGDORFF SVPRA

Ratiſponam ad amnem Lauarum dedicatio.

Per

R. P. F. MELCHIOREM VVEIXER ORD. S. BENEDICTI CŒnobij Brunſenningani Seniorem.

ANNO CIↃ. IↃC. XXV.

Cum facultate Superiorum.

Ingolſtadij, Typis GREGORII HAENLINI.

Ad Bibl. Acad. Land.

PROGRAMMA
IN
S. LEONEM IX. PONT.
OPT. MAX.

Dextera Domini fecit virtutem.

PSALMO 117.

VIx Crucis à longè diſtantem conſpicit, ædem,
Mox Leo protēsâ, dedicat hâncce manu.
Fortè ſtupes? cum nulla indiſtans actio detur?
Nil agit; in medium ni prius, illud agat.
Deſine. nam ratio ſi deficit; ecce Leonis
In dextra eſt Numen: nunquid vbiq; potens?

Univ. Bibl. München

AD

ADMODVM REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO, D. LVCAE ABBATI Monaſterij S. GEORGII Martyris in Brunſenning Vigilantiſſimo Patri ſuo plurimum colendo.

ETſi docta Peripateticorum ſchola ADMODVM REVERENDE ABBAS, quę actionem in diſtans dari pernegat, id non capit; quod quon-

 dam

dam S. Leo IX. Pōt. Max. in Bruggdorffiano tuo territorio ibidem S. Crucis ædiculam extructam abſens conſecrando patrauit: capit tamen Romano-Catholica Eccleſia Sacratiore Philoſophia edocta; quæ Deum in Sanctis ſuis glorioſū,

mirabilem ac potentem depdicat: cuius doctrina ex ore filij Altiſſimi profluxit qui aſſeuerat: (*Ioan.* 14.) Amen Amen dico vobis qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet. Pulchrè mellifluus Doctor S. Ber-

nar-

nardus. Nihil eſt, inquit, quod omnipotentiam Verbi clariorem reddat, quam quod omnipotẽtes efficit ſperantes in ſe. Verum enim verò non diffiteor multis hanc vetuſtam S. ædiculã tam ſitu quàm ſtructura vilem ac deſpicabilem videri.

Sed

Sed quemadmodum ſub ſordido palliolo ſæpè ſapientia latitat: & obſcura delubra plerumq́; Numinis plena: ita quoque de hac noſtra S. ædicula iurè affirmari licet, quod olim Iſacides de ſubdiali ſuo ſtrato in Luza admirabundus pro-

nunciauit. (*Gen.* 28.) Verè Dominus eſt in loco iſto & ego neſciebam. Inſigne profectò antiquitatis monimentum, ab illuſtri ſtemmate poſitum: à cælite manu dedicatum: Bauaria ſancta dignum. Non ergo ſine cauſa Adm. Reuerēd. Abbas

Anteceſſor tuus, piæ me-
moriæ Oeconomus lau-
datiſſimꝰ, hanc tãto pro-
ſecutus amore, vt morti
iam vicinus pro illa ali-
quantulùm reparãda ſeu
potiùs exornanda certã
pecunię ſummam de pa-
trimonio ſuo legarit. Ta-
metſi tu illius ſucceſſor

nondum executioni dari curaris; quippe qui in magis neceſſarijs Cœnobij noſtri ædificijs à fundamento excitandis diſtinearis: voluiſti tamen prius miraculoſæ eiuſdē dedicationis memoriam apud plurimos etiam in vicinia temporum diutur-

turnitate ſopitam, & pęnè intermortuam ab obliuione vindicare, & priſtini ſplendoris luci reſtituere: ſicq́; antiquum accolarum pietatis ſtudiũ & venerationis cultum quaſi inſtaurare, fouere, atque amplificare. Numen cœptis faue. Ex no-

Ex noſtro Cœnobio. Ipſo die S. Lucæ Euangeliſtæ, qui tibi ſacer & quidem Natalis, ego cum celebritate γενεθλιακῶς accino.

DI talem ſeruate virum: decernite facTis
Præmia digna piis: illum longæua ſenectus
Iam ſaturum terræ felicia mittat ad aſtra.

Anno Chriſtiano CIↃ. IↃC. XXIV.

R. V. P.

Obſeruan:

F. MELCHIOR VVEIXER
Senior.

AD LECTOREM.

LIcet, celebre iſtud miraculum, amice Lector, à S. Leone IX. Pont. Opt. Max. quondam in diœceſi Ratiſponenſi patratum; â nonnullis fide dignis, doctrina præſtantibus, & authoritate grauibus viris è priſcis maiorum noſtrorum tabulis de-

ſum-

ſumptum litteris iam dudùm ſit proditum: [a] Attamen quia à plerisq; qui legunt, ignoratur vbi, quibus orbis in oris illa S. Crucis ædicula cõſtituta: & an adhuc in rerum Natura exiſtat, Idcircò volui tibi totam hiſtoriam vbi ſita, quando & quomodo mira-

raculoſè conſecrata heroico qualicunq; verſu breuiter deſcribere, ſeu verius adumbrare; ita tamen vt ſimul & Pontificem qualis, quantusq; fuerit facilè veluti ex vngue Leonem, ſed ſanctũ cognoſceres, Vale.

a. Laurentius Hochvvartin. chron. M, S.
Hundius in Metrop: Salis:
Raderus in Bauaria Sancta To. I.
Carol: Stengel. in chron. Auguſt. lib. 4. c. 4.

VNGVIS LEONINVS
EPICO PENICILLO
ADVMBRATVS.

Ergóne pictorum decus illud, & artis
acumen
Nobile, prodigium mundi ſectabor Apellem?
Iuſſus hic exigua in tabula depingere gran-
dem
Enceladum, aut alium terræ Omnipoten-
tis alumnum,
Porrectum per tota nouem cui iugera cor-
pus,
Corporis vt vaſti molem depicta referret.

Quid Cous dignum ingenio commentus Apelles?
Ecce giganteo deſcripto pollice, gnomam
Addidit hanc tabulæ feſtiuam: ex Vngue Leonem.
Præſulis Auſonidũ ſi fas mihi ſcribere verſu
Heroo miraclum ingens, memorabile, nulli
Non ætati, abſens is quod patrauerat olim,
Teutonicas dulcis patriæ cum viſeret oras.
Tu vos precor Aonides muſæ adſpirate Poëtæ
Vt rude adumbrati referat paradigma vel vnguis
Diuum ex quo libeat noſtrũ cognôſſe Leonẽ.
Eſt locus occiduo quem ſpectat ab æthere Phœbus

Purpureis cum demit equis iuga gemmea, ſupra
Reginoburgum Lauarus quà Noricus Iſtrũ
Influit, Oratis quo vix celebratior amnis
Piſcibus. ad cuius ripam conſurgit vtrinq;
Collis, vbi Bauari non infœcunda Lyæi,
Quondam florebant vineta: ſed illa Colonũ
Pòſt neglecta gelu, ſeu ſæpe quod vſta pruinis
In frutices abiére, & amantes ardua dumos.
Villa ibi nunc de ponte cui Bruggdorffia nomen
Paucis cũq; caſis alnus quas plurima ſepit.
Hîc comitum illuſtris gens Schvvartzenburgia caſtrum

Non procul à Lauaro vicini in vertice collis
Incoluit quondam (veluti monumenta ve-
tuſta
Id nobis referunt) quod ſaltus vndiq; denſi
Cingebant nemorum perquam venatibus
apti:
Siue ſequi lepores, ſeu retia ponere ceruis:
Seu libuiſſet apros aduerſis figere telis:
Seu canibus tutæ ſectari animalia prædæ.
Vt generoſorum mos eſt, & amica voluptas,
Per iuga, per valles, muſcoſaq; ſaxa moloßis
Sæpe pharetratæ ſtudia exercere Dianæ.
Etſi Schvvartzenburgiacis Heroibus antè
Mens, quorum à teneris pietatis amore fla-
grabat

Longè

Longè aliæ curæ, ſtudia ac meliora ſuêre.
Scilicet illuſtres multa virtute Dynaſtæ
Symbolon auguſti, parti tibi Chriſte Triumphi
De debellato letho, ſtygioq; Tyranno,
Teſſeram & humanæ (decus immortale) ſalutis,
Fluminis ad ripam Lauari poſuêre ſacellũ
Mole quidem paruum crucis aſt inſigne trophæo.
Fortè per id tempus Latiis exceſſerat oris
Vrbis Romuleæ præſes ſupremus & orbis
Aurea cui triplex obuelat tempora mitra:
Maximus ille Leo Germanæ gloria gentis.
Nam cũ exorta duos inter diſcordia reges

Andream Vngariæ moderātem ſceptra; potentis
Inter & Imperij columen ſublime caputq́;
Teutonici, Henricum (qui nomine tertius iſto)
Tũ Leo mox patrias erat accerſitus in oras,
Vt qui pacis amans, pacis dona aurea ferret
Ac poſitis armis hos fœdere iungeret arcto.
Vrbs eſt in Boiâ clarum quæ nomen adepta
A poſitu ratium, vel ab ipſo flumine Rego.
Diuus ad hanc Leo purpureis cum patribus, atq́;
Multorum illuſtri procerum velut agmine cinctus

Diuertit. plauſum prô quantum Boiara tellus
Lætabunda dabat! Sũmi vel Præſulis ipſe
Aſpectu felix! at vbi pax facta Monarchas
Inter diſcordes percuſſo fædere vtrinq; ;
Boiariæ tũ multa Leo monimenta reliquit,
Sæcula ſerorum quæ miratura nepotum.
Namq; Ratiſponæ quã flamma abſumpſerat ædem
Emeramme tuam reſecrat: ſacra deînde reponit
Lipſana VVolfgangi tumba meliore; beati
Sicut & Erhardi: faſtis adſcribit vtrumq;.
Diuorum ſolemni Relligione colendum.

Imò pium quoq; furtum Arnulphi Cæſaris
(illud
Gallorum Doctoris erat venerabile corpus)
Multorum mitratrorum ſpectante Corona
Pontificum: quin Cæſarea quoq; Maieſtate,
Liliferi & coram regni magnatibus ipſis
Adprobat, & ſcripto firmat diplomate, ſera
Vt vel poſteritas teſtetur Martyris, oſſa
Hîc aſſeruari DIONYSI. *Galle negáſne?*
Dicis adhuc Bauaros venerari cærula cœli?
Rumpere. namq́; ſacra hac gaza nunc Boia
triumphat.
Sed templi ætherei duo ſidera clara Simo-
nem (ſacellum
Thaddæumq́; iuuat quoq; commemorare,

Quippe his contiguum Capitolinæ fuit arci
Erectum ſtructura inſigne, ſacrauit & illud
Romanus Præſul. donec poſt ſæcula quinq;
Grex Luthericolûm nuper vaſtauerit, vt nil
(O furor ô Erebi liuor) ſupereſſet in vrbe
Quod pia Põtificis luſtrâſſet dextra Leonis.
Sacrilegum, quanquam facinus non manſit inultum,
Nam cum vaſtatum, quidam blaſphemus ab ipſo
Fornice delapſus (cæleſti vindice dextra)
Hoc, inſperato miſeri luit omine lethi.
At iam tempus erat Germanos linquere fines,

Et petere Italiam poſt rem feliciter actam.
Maturabat iter Leo: mox vbi traijcit Iſtrū
Norbergam verſus contendit. & ecce Leoni
Occurrunt proceres auroq; oſtroq; decori
Schvvartzenburgiaci comites (quos ſanguine iunctos
Pontifici quidam perhibent) quibus ara ſacelli,
Nuper conſtructi nondum luſtrata, Leonis
Quare aduoluuntur pedibus, precibusq; fatigant,
Vt latus in læuum paullùm, deflecteret ipsā
Ad crucis ædiculam feſto rituq; ſacraret.
Quid Leo? digrediturnè loco? (mirabile dictu)

Eminus hanc cernens protẽdit in aëra dextram,
Atq; locum verſus ſignum crucis exprimit almæ;
His ſimul & comites dictis affatur amicis.
Ite mei cognati, & veſtris noſcite votis
A me ſat factum. Sed contra ardentiùs olli,
Ipſius vrgebant aditum, quibus ille reponit.
Ite bonis auibus, fuerit niſi ritè ſacellum
Iam conſecratum, tum me reuocate, ſacrabo.
Parent; & credunt; abiêre, domumq; reuerſi,
Offendêre oculos minimè fallentia ſigna

Ædis

Ædis luſtratæ, paries erat vnguine ſacro
Illitus: & crucibus bis ſenis inſuper ardens
Cereus impoſtus: ſparſóq; in puluere ſcriptæ
Linguæ vtriusq; notæ: circumq; rigata per ædem
Viſebantur adhuc aſpergine cuncta recenti.
His viſis ſtupuére viri, gelidusq; cucurrit
Oſſa per ima tremor: linguamque; oculosq; tenentes
Inter ſe attoniti, facti nouitate nec antè
Viſi, aut auditi retrò labentibus annis.
Tandem vbi mens rediјt, poſita, formidine totum
Hoc opus agnoſcunt cæleſti à ſede profectum.
Cœligenûmq; manus, partes obiјſſe Leonis,

Scili-

Scilicet abſentis cuncta ordine, rite ſacrãdo.
Quare illi duplices tollũt ad ſidera palmas,
Vno omnes ſummum laudantes ore Tonã-
tem,
Præſulis in dextra mirâclum tale patran-
tem.
Mox venerabundi veſtigia cœlitûm adorãt.
Ergò ſalutiferi ſalue domꝰ alma trophæi:
Delubrum ſalue priſco venerabile ſæclo:
Ter ſaluete mihi poſtes, & limina ſacra
Quæ toties ætas prior, & veneranda vetu-
ſtas,
Voti cauſa adijt: quæ plebs vicina quotan-
nis, (*pam,*
Omnibus è pagis ducens longo ordine pom-

Vexil-

Vexillis de more Crucis volitantibus antè,
Vocibus & dias reſonantibus vndiq; laudes,
In crucis inuentæ feſto numeroſa frequen-
tat.
Nec locus abſterret vaſtus, nec inhoſpita teſ-
qua,
Sed mage priſca fides, & quidā Numinis ar-
dor
Huc trahit ætherei; teſtantur vt annua
vota
Quæ vel quiſq; reus ſolemnē ſoluit ad aram.
Eia age parua domus gaude Bruggdorf-
ſia, quamuis
Sis obſcura ſitu, nec adhuc ſat nota: ſuperſtes
Inter ſola tamen præclarè facta Leonis

Pon-

Pontificis, quo vix meliorem Teutona terra
Patrem habuit patria tot decurrentibus annis:
Boiaridumq; inter decora, & monimenta vetuſta,
Nobis ſolemni ſemper celebrabere cultu.
Creſcet honor, nomenq; tuum memorabile, creſcet
Famaq; perpetuum quæ duratura per æuum.

VN-

VNGVIS LEONINI EPICO PENICILLO ADVMBRATI.

Corollarium.

QVÆ præclarè quondam in Germania geſſit, Germanus ipſe S. Leo IX. Pontifex Max. præſertim in frequentiore muneris Pontificalis adminiſtratione non ſine ſingulari laude commemorat Abbas Spanhei-

men.

menſis Trithemius in Hirſaugienſi Chronico anni quinquageſimi ſupra milleſimum his verbis. Iſte ſacratiſsimus Papa Leo IX. multa bona in Germania fecit, Eccleſias, Capellas & altaria in diuerſis locis abſq; numero propria in Perſona cõſecrauit. Et quod Põtificuli plures hodie facere erubeſcunt ad quod tamen obligati ſunt ratione officij:

Sum̃us Põtifex nõ obligatus
facere nõ deſpexit. Hęc Tri-
themius. Hinc nulli mirum
videri debet quod eidẽ bea-
tiſsimo Pontifici tantùm ſe
demittenti, & interim tamen
in rebus Eccleſiæ & Imperij
componendis plurimùm oc-
cupanti; hac ipſa in ſacra fun-
ctione Cęlites quandoq; ſub-
miniſtrauerint: vtpote cui iã
ab initio, & auſpicio Pontifi-
catus

catus familiares, & quidem itineris comites: qui futuro Chriſti in terris Vicario cæleſti quadã Symphonia fauſta quæq; præſagiebant. Nã eodem Trithemio teſte cum S. Leo adhuc Tullenſium *Epiſcopus Bruno dictus, ex deſtinatione Imperatoris Romã pergeret ad capeſſendum papatum audi-*

uit voces Angelorũ in aëre cantantium. Dicit Dominus ego cogito cogitationes pacis & non afflictionis.
Felices prorſùs comites; quẽ enim ſemel comitabantur, eũ poſtea nunquam deſerebant. Id certè Argumento eſſe poteſt, quod cum S. Leo Pontifex iam creatus iterum Anno MLII. in Germaniam re-
uer-

uerteretur & Boiariã pertrã-
ſiret, dimidio milliari ſupra
Ratiſponam Sacellum in ho-
norem S. Crucis ab illuſtri-
bus comitibus de Schvvartz-
enburg circa amnem Lauarũ
(aliâs die Laber auff dem
Northgew) reſidẽtibus cõ-
ditum: medium inter arcem
Vichauſen quę illorum ſedes
fuiſſe perhibetur, & pagum
Sintzing, vbi Lauarus in

Danubium illabitur: in territorio nunc Monaſterij S. Georgij Martyris in Brunſening conſtitutum: [a] hoc inquam ſacellum à longè conſpectum, ſolùm protēſa dextra S. Crucis ſignum exprimendo abſens dedicârit: vtique non ſine Angelorum miniſterio, cum omnia quæ ad Eccleſiam ritè conſecrandam requiruntur eò nec anteà al-

[a] Ita vetus traditio ad nos vſq; deducta refert.

lata

lata, multò minus præparata: poſtea tamen in recluſo ſacello manifeſtè non ſine ſummo conditorum ſtupore viſa ſunt ac reperta. De qua miraculoſa dedicatione *Reuerendus & Clariſsimus D. Laurentius Hochvvart Canonicus Ratiſponẽſis in ſuo Epiſcoporum Ratiſponenſium Chronico,*
 ma-

manu ſcripto lib. 2. c. 18. ità ſcribit. Proximo anno qui eſt Incarnationis Dominicæ MLII. Imperator (Heinricus tertius) in Pannoniam iterum profectus Brezizlaus arcem obſedit. Interim Leo Papa IX. huius nominis, ab Andrea (Rege Vngariæ) acci-

accitus cum pro pace componenda interueniſſet, Imperatorem ab obſidione auocauit. [b] *Et cum eo Ratiſponam conceſſit: & aliquamdiu moram ibi trahens Sanctum VVolfgangũ eiuſdem vrbis Epiſcopum refoſſum indigetauit. Similiter & S. Erhardum inter*

b Canonizatio SS. Wolfgãgi & Erhardi.

diuos retulit. Nec nō oſſa S. Dionyſii Martyris de quibus dubitatum fuit, num haberentur ibi in æde S. Emerammi, vidit, attrectauit, & Apoſtolico diplomate quod illic ſeruatur, præſente Imperatore Heinrico & Gebhardo Epiſcopo Ratiſponenſi, cum multis aliis Epiſcopis & Cardinalibus; adhæc etiã

Pari-

Pariſiorum Legatis præſentibus comprobauit & confirmauit. Eccleſiam quoque S. Emerammi nuper incendio vaſtatam cum Crypta occidentali conſecrauit. Et vt legimus tabulatum in eiuſdem Eccleſiæ ſummitate ſuis ſumptibus idem Papa fieri iuſsit. Sed & Sacellum Simonis & Iudæ Thadei ſupra fornicem Capitolio contiguum ſimili-

ter in eadem vrbe conſecra-
uit. [c] [Nota, fuit hoc ſacel-
lum vnà cum ædibus conti-
guis anno Dñi 1611. à No-
bili quodam Bauaro viro ali-
às Catholico Ratiſponenſi-
bus diuenditum infelici pror-
ſùs nomine & omine. Dum
enim furioſo ſpiritu (vt ſolent
hæretici.) inuolant, diruunt,

c. Die Capelen auff dem ſchwinbogen am Rathauß.

&

& opera infortunata demoliuntur: ecce operariorū quiſpiam religioſas imagines ibidē collocatas ſcurriliter ſubſannās iuſtâ vltione de fornite cadit, ex quo caſu non multò poſt miſeram exhalat animam. Solebant ibi veræ & priſcæ religionis cultores ſenatus recto, à curiâ, pede ingredi & ſacris operātem prius audire antequam de graui-

uibus rebus inuicem conſul-
tarent ſaniora vtiq; & melio-
ra daturi conſilia.] *Cumque
rebus ex ſententia peractis
iter Norinbergam verſus
arriperet, inter eundum à
comitibus de Schvvartz-
burg ſuis vt aiunt conſan-
guineis* [d] *(fuit enim ipſe Leo
Comes de Egezhaim in El-*

d Fundatores S. Leonis conſanguinei.

ſa-

ſatiæ partibus natus, atq; Adalberti Comitis de Calvve auunculus ſecundum Nauclerum: B. Rhenanus eũ ẽ comitibus Dageſpurgenſium aſſerit fuiſſe.)
c *Vichauſen ſeu inferiꝰ tum inhabitãtibus, rogatus vt*

c Vichauſen arx hodie nobilium Roſenbuſchiorum: fuit etiam paulò inferius arx ſed vaſtata, rudera adhuc viſuntur.

illis

illis ſacellum quoddam in honorem S. Crucis quod hodie Bruggdorff *ad parochiam Sinsingã ſpectãs, appellatur, dedicaret, Mirum dictu S. Pater Sacellum à longe viſum vt rogatus fuerat conſecrat. Cumq́; moroſi interpellatores hâc longinquâ conſe-*

cra-

cratione ſibi putarẽt os obliniri, atq́; vt præſens ſacellũ conſecraret, efflagitarẽt. Ite, inquit, & niſi omnia conſecratæ Eccleſiæ indicia inueneritis veniã & præſens iterum ædiculam veſtram conſecrabo. Sed cum illi ſalua omnia iuxta prædictionem S. Patris inuenißent laudantes Deum

cõquieuerunt. Extant etiam eius euentus monumẽta in diem hodiernum. Hæc *M. S. Chronicon Laurentij Hochvvart.* Similia verbis parùm mutatis etiam de hoc ſacello in Bruggdorff refert Nobilis & Clariſsimus D. Vviguleus Hundius in Metropoli Salisburgenſi ſub Gebhardo tertio Epiſcopo Ratisponenſi, quæ

ex hoc ipſo Chronico deſum-
pta videntur, (ſicuti pleraq;
alia in catalogo Epiſcoporum
Ratiſponenſiũ:) vt ipſemet
Hundius ibidẽ innuit in fun-
datione Monaſterij inferio-
ris Nidermünſter zu Regẽ-
ſpurg his verbis. *Doctor
Laurentius Hochvvart
Canonicus Ratiſpon: &
Patauien:* Suprà etiam ci-
 ta-

tatus vir ſanè vt ab amico noſtro Vvolfgango Hungero in annotationibus ſuper Cuſpiniani Cæſares veriſsimè cõmẽdatur, tum ſacrarum, tum humaniorum litterarum benè doctus & veterum monumentorũ auidiſsimus inquiſitor in Chronica ſua Epiſcoporum Ratiſpon: (qua me in deſcriptione Epiſcoporum Ratiſpon: non parum adiutum

tum fuiſſe ingenuè profiteor &c.

R. P. Matthæus Raderus Soc. Ieſu vir decana, & quidẽ Sancta Boica antiquitate meritiſſimus in pulcherrimo illo Bauariæ Sanctæ opere poſt recẽſita quæ à S. Leone 9. Ratiſponæ pręclarè geſta: eundem S. Pontificem eminus ædiculam S. Crucis conſpicientem, & protenſá manu conſecrantem venuſtè repræſentat cum ſubiecto elogio.

Abſens Põtificis crucis almæ dextra tropæo,
Dedicat inſcriptum, dextra Leonis opus.
Quid faciat præſens, abſens cũ talia poßit!
Eſt Deus in ſancta, præſulis ipſe manu.

Meminit etiam miraculoſæ huius dedicationis in Germanico Eccleſiaſtico Chronico Auguſt: R.P. Carolus Stengel. ſic lib. 4. c. 4. de S. Leone ſcribens. Als er aber (Papſt Leo) vonn Regenſpurg nach Nürnberg reiſet / kamen jhme zwen ſtattliche Herren von Schwartzenburg entgegen / vnd baten jhn demütigklich / er wölte

te ſeinē weg ein wenig auff
die ſeiten nemen / alda ſie
ein Capelen zu ehrē deß H.
Creutzes erbauet hetten /
vnd dieſelbe weyhen. Da
hat ſich Leo nit von ſelbi=
gen Orth begeben / ſonder
mit außgeſtreckter Handt
das H. Creutzzeichen ge=
macht / vnd abweſendt die
Capelen geweyhet. Die
herren Stiffter aber / wa=

ren an diſem nit benüget /
ſonder hielten weitter an /
er wolte ſich nit beſchwe=
ren / an das orth zukom̃en /
vnd es ſelber weyhen. Da
ſprach der Bapſt: Gehet
hin / vnd wann jhr nit die
ordenliche Zeichen / wel=
che zu einer Kirchweyhũg
gehören / außtrucklich be=
findet / ſo kompt widerum̃
mich zuberuffen. Sie gan=
gen

gen hin / vñ befanden wie
er das orth hin vnd wider
mit dem H. Oehl geſalbet/
die gewonliche Creutzzei-
chen / auch die Buchſtaben
in der Aeſchen gezeichnet/
vnd andere gewiſe anzei-
gungen der Weyhung /
zweifleten alſo gar nit / es
haben ſolches die H. En-
gel an ſtatt deß Bapſts
verrichtet.

Verùm inſolita iſta & planè eo ipſo æuo inaudita dedicatio adeò in vicinia homines commouit, vt ſtatim vltrò deuotionis cauſa huc confluxerint. Et hinc initium, vt creditur, ſumpſit ſolemnis & celebris illa ex circumadiacentibus pagis proceſsio ſeu ſupplicatio quæ per tot añorum curricula abſq; vllâ intermiſsione fuit continuata

vſq;

vſq; in hodiernum diem, quæ ſingulis añis peragitur 3. Maij ſo Inuentionis S. Crucis feſto cum magna populi frequentia ex vicinioribus Parochialibus & earundem adiunctis Eccleſiis quarum ſyllabum ſubiungere placuit.

Parochialis Eccleſia B. Mariæ Virg. in Sintzing cuius Parochus Religio-

ſus

ſus ex noſtris ſemper illo die ad populũ ſub aperto cœlo concionem habet.

Parochialis S. VVolfgangi in Eülsprun.

Adiunctæ.

S. Leonardi in Vichauſen.

B. Mariȩ Virg. in Tomhauſen.

S.

S. Martini Epiſcopi in Allingen.

B. Mariæ Virg. in Orth ad Nabum.

S. Michaelis Archangeli in Riglin.

Parochialis B. Mariæ Virg. in Dechpeten.

Adiunctæ.

S. Annæ Matris B. Ma-

riæ

riæ Virg: in Briſſling.

S. Ioannis Baptiſtæ in Pentling.

S. Michaelis Archangeli in Graſs.

Parochialis S. VVolfgangi Epiſcopi in Mätting.

Parochialis B. M. V. in Khäphelberg. Adiunctæ.

S.

S. Martini Epiſcopi in Boickaim.

S.Stephani protomartyris in Linden.

Parochialis SS. Apoſtolorum Petri & Pauli in Kreiding. Adiunctæ.

S. Michaelis Archangeli in Kager.

S.VVolfgangi Epiſcopi

pi in VVinzer.

Parochialis S. Martini Epiſcopi in Teurling.

Adiunctæ.

S. Catharinæ Virg in Nittendorff.

S. Leonardi confeſſoris in Benkh.

S. Nicolai Epiſcopi in Haubenried.

S. Io-

S. Ioannis Euangeliſtæ in Schönhouen.

S. Vdalrici Epiſcopi in Ederzhauſen.

S. Leodegarij Epiſcopi in Bergmätting.

Et quę in palatinatus confinibus paulatim poſt abiuratam hæreſim, vt ante defectionem à Catholica Reli-

gione ſolitæ, iterum ritu Catholico accedunt. Reperitur in antiquo M. S. concionum volumine noſtræ Bibliothecæ ſermo in hâc ipſa ſolemni proceſsione Bruggdorffienſi habitus. Cuius exordiũ &c. hîc ponere libuit ſub tali themate.

OSTEN-

OSTENDIT EI LIGNVM QVOD CVM MISISSET IN AQVAS IN DVLCEDINEM verſæ ſunt. Exodi. 15.

Legitur quod filij Iſrael cum exiſſent de Ægypto & tranſiſſent mare rubrum venerunt in deſertum Marath, vbi præ nimia amaritudine aquas bibere nõ poterant, Domi-

minus oſtendit Moyſi li-
gnum quod cũ in aquas
amaras miſiſſet, in dul-
cedinem verſæ ſunt. Hęc
iam dicta verba exponi
poſſunt de Inuentione S.
Crucis cuius diem hodie
recolimus. Cui in hono-
rem dedicata eſt hæc Ca-
pella à B. Leone. Tunc
enim

enim Dominus lignum oſtendit, quando Crucē Conſtantino in cœlo oſtendit: vel quando ſub terrâ abſconſum Iudę oſtendit: & tunc aquæ tribulationum conuerſæ ſunt in dulcedinem conſolationis &c. ex quo colligimus, quia ſacellum iſtud

primitùs in honorem S. Crucis Inuentæ conſtructũ: cauſam eſſe quod anniuerſarius eiuſdem dedicationis dies in Vere, proxima Dominica (more ab antiquis accepto) poſt feſtum Inuentionis S. Crucis celebretur ac peragatur. Cum alioquin certò cõſtet in Autumno, & quidem menſe Octobri quo Sanctus Leo vt Auentinus ſcribit, [a] Ra-

[a] lib. 5. Annal.

Ratiſponam venit, & eodem diſceſsit in primo ſtatim itineris progreſſu (quo verò die nullibi litteris traditum inuenimus) miraculoſè ab eodem fuiſſe conſecratum. Cęterùm non ambigimus quin olim omnibus hoc diuinitus dedicatum Sacellum viſitantibus à ſummis Eccleſiæ Antiſtitibus largæ Indulgentiæ fuerint conceſſæ, & quidem in

litteris prout antiquitus mos
erat, ſed illæ temporum in-
iuria ac vetuſtate periêre, ita
vt neq; in Scrinijs Parochia-
lis Eccleſiæ in Sintzing cui
Sacellum hoc ſubiectũ quid-
quam extet. Interim mane-
at pietas & deuotio erga hunc
ſacrum locum & quidquid
gratiarum ſeu Indulgentia-
rum oblitteratum latet abſq;
dubio illud Chriſtus Serua-

tor

tor noſter per Indulgenti-
am quam nobis in Cruce
promeruit reſtaurare
copioſè dignabi-
tur.

LITANIÆ DE S. CRVCE EX FASCI-culo Sacrarum Oratio-num excerptę.

KYrieeleiſon

Chriſteeleiſon.

Kyrieeleiſon

Chriſte audi nos

Chriſteexaudi nos

Pater de cœlis Deus } Miſerere nobis.

Fili Redēptor mun-di Deus } Miſerere nobis.

Spi-

Spiritus S. Deus Miſerere nobis.

Sancta Trinitas vnus Deus Miſerere nobis.

Crux { Specula Patriarcharum & Prophetarum / Præconiũ Apoſtolorum / Corona Martyrum } defende nos.

Gau-

Crux Gaudium Sacerdotum, defende nos.

Crux Gloriatio Virginũ defende nos.

Crux { Potentia Regum
Ornamentum Eccleſiæ
Spes Chriſtianorũ
Archa Chriſtum adorantium } protege nos.

Glo-

Crux Gloria omniũ Orthodoxorũ. protege nos.

Crux {
Corona noſtra
Pacis firmamentũ
Reſeratrix paradiſi
Virga mirabilium Dei
Propugnaculũ fidei
} Salua nos,

Crux Vita iuſtorum Adiuua nos.

Re-

Crux { Reſurrectio mortuorum
Clauis regni cœlorum
Procuratrix pauperum
Portus periclitantium
Signaculum caſti } Adiuua nos.

Crux tatis Illumina nos.

San-

Crux { Sanctimoniæ documentum
Adminiſtratrix caſtitatis
Palma immortalitatis
Theſaurus omniũ bonorum } Illumina nos.

Conſolatrix afflictorum

Ser-

Crux

Seruatrix deſpera-
torum
Profligatrix hæresũ
Fuga tentationum
Expugnatrix hoſti-
um

Cuſtodi nos.

Salus fidelium
Ex membris Chriſti
decorem accipi-
* ens

San-

Crux { Sanguine Chriſti nobilitata
Tactu Corporis Chriſti ſanctificata
Signum filij Dei viuificum
Datrix ſanctitatis
Contractus libertatis } Tuere nos.

Crux

Cæli altitudo
Terræ profunditas
Latitudo orbis terrarum

Conforta nos.

Crux

Triumphatrix Dæmonum
Extinctio peccati
Victoria mundi
Victrix mortis
Deſtructio Inferni

Eripe nos.

Ab omni malo
Ab omni peccato
A poteſtate Diaboli
Ab omni incantatione & maleficio dæmonum.
Ab inſidijs inimicorum omnium
A peſte, fame & bello
Ab omni morbo

Libera nos ſancta Crux.

A fulgure & tempeſtate
A timore mortis
A ſubitanea & improuiſa morte
A mala & æterna morte
In hora mortis
} libera nos ſancta crux.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi

Par-

Parce nobis Domine
Agnus Dei &c. Exaudi
nos Domine
Agnus Dei &c. Miſerere
nobis
Chriſte audi nos
Chriſte exaudi nos
Kyrie eleiſon
Chriſte eleiſon
Kyrie eleiſon. Pater no-
ſter &c.

Et ne nos &c.

Verſ. Per lignum ſerui facti ſumus.

Reſp. Per lignum redempti ſumus.

Verſ. Fructus arboris ſeduxit nos.

Reſp. Filius Dei redemit nos.

Verſ. Domine exaudi orationem meā. Reſp.

Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Reſpice quæſumus Domine ſuper hanc familiã tuam pro qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus nõ dubitauit manibus tradi nocẽtium & crucis ſubire tormentum.

Tueatur quæſumus Domine Deus, ſalutare crucis lignum populum deprecantem & purificatum dignãter erudiat, vt & conſolatione præſenti in omni ſua tribulatione gaudeat & te ſequendo ad futura bona inceſſanter proficiat. Per Do-

Dominum noſtrum &c.
Verſ. Domine exaudi orationem meam
Reſp. Et clamor meus ad te veniat.
Verſ. Benedicamus Domino
Reſp. Deo gratias.

Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcãt in pace Amen.

Laus Deo Virginique Matri.

Universitäts-
München
Bibliothek